

Cop. exp. in. gl. v. no. 17.

RÉGIA ARAGONVM

CAMILLI BORRELLI

OLIVETANI

IURISCONSULTI CLARISSIMI,

SEV

*Commentaria super Pragmaticis Regis Ferdinandi primi incip. Odia-
& sequentis de compromissis: In qua omnia ad Arbitrorum, Arbi-
tratorum, compromissorumq; materiam quouis modo spectantia,
nusquam antehac ita perfecte digesta, ac compilata declarantur.*

CVM SVMMARIIS, ET INDICE MATERIARVM
Locupletissimo ab eodem Authore confecto.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,


Expensis D. Iacobi Anieli de Maria Bibliopola Neapolitani.

M D LXXIIII.

ILL. AC REVER.

DOMINO ALFONSO

S. R. E. CARDINALI
GESVALDO



Camillus Borrellus . S. D.



TANTVS est mihi (Cardinalis Amplissime) erga tuã
celsitudinem immensus seruiẽ di seruor, tanta cupido, ut
nõ effectu solũ, sed cogitatu concipi nequeat, vt nullam
non oportunitatem assumpserim, nullumq; (vt dicitur)
non mouerim lapidem, quo vires meas compellerem,
vt in tuorum humilium clientelam ascriberer. Quo fa-
ctum est, vt nil aliud solo animi mei affectu cõsiderem,
nil studeam, quã vt tua celsitudini placeã: quis enim

ab hoc argumenti genere desisteret? Cogitando animi, sanguinisq; tui, uirtutum
omnium dotes, quorum omnium nec Panegyricus Oratoris cuiusuis præcellentis
sufficeret, longioreq; opus esset oratione, quam (ne metas excedam) relinquere
fas est. quis enim Illustrissimæ Familie tuæ per tot Olympiadas & sæcula virtute-
tes enumeret? Quis procerum proauorũq; tuorum virtutes enarrans non a dicen-
do deficeret? Præsentium nanq; verum grauitatem, magnanimitatemq; præce-
dentium sæculorum demonstrant: Quis enim ex præsentibus, quæ iam transacta
sunt, non diiudicet? Quis tot virorum, heroumque; à tua Familia antehac progenito-
rum non facta solum, gesta q;, sed nomina dinumerare non terreat? Altiore opu
esset ingenio, elegantiore oratore, viroq; in literis magis uersato. Sola enim Il-
lustrissimi, Excellentissimiq; genitoris tui **ALOISII** autoritas pro rei hu-
ius tractatione sufficiat: illum enim supremum Venusie Principem (quæ olim) in
regione Daunia Romanorum colonia fuit) & Consæ Comitem in Hirpinis (quæ
& Annibali apud Cãnas proficiscenti hospiciũ præstitit) illum dico Principem
admiror, & eò magis admiror, cum & ipsum alios admirari conspicio: dum enim
eius magnanimitatem considero, liberalitatem, prudentiam, fortunam corpo-

ILLVSTRIBVS DOMINIS

FRANCISCO REVERTERIO,

THOMAE SALERNITANO, ET ALFON-

SO DE SALAZAR, SVPREMIS RE-

GNI SICILIAE CONSILIARIIS

REGIAM CANCELLARIAM

Regentibus.



Camillus Borrellus. S. P. D.



VM pluries cogitassem (Illustres Domini) Sigismundi Imperatoris in doctos benevolentiam, obstupui profecto, quod princeps ille, non modo stipendijs, verum etiam dignitatibus doctos sui temporis viros afficiebat, tenuitque me non mediocri tempore inuicti illius viri memoria, ut dum ad summa Imperialis Diadematis culmina ascendisset, parum curas ad quantam prouectus esset celsitudinem, nec inde superbiens (ut plerisque hominum insitum est) doctos licet humiles magni faciebat, nobiles uero, & indoctos abiciebat. O viros egregios priscos homines, qui si quemquam praestare uirtute ceteris intuebantur, eum tantis dignabantur honoribus, ut diuinus censeretur. Consideraui itaque cui hominum, heroumque Sigismundi successionem tributam cognoscerem, quorum iudicijs meas istas qualescunque inornatas primitias subijcerem, occurrisset Domini amplissimi ante omnes pectori meo, quos uti totius Hispaniae, Italiae Flores ad Regij collateralis, & supremi Senatus culmen prouectos conspicio, iussu inuictissimi uereque Catholici Regis nostri PHILIPPI de Austria, uobis Ducibus Regnum hoc Neapoli sub tuta quietis pace dormit: tantaque
in uos

CAMILLI BORRELLI

P R A E F A T I O.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes homines natura scire desiderant.
- 2 Scire est ultima hominis perfectio.
- 3 Scientia paucis concessa.
- 4 Iustitia virtutis splendor est maximus.
- 5 Iustitia praeclarissima est omnium virtutum.
- 6 Ebarōde Tyrorum regis in seipsum iustitia.
- 7 Zaleucus Locrensium princeps iustus.
- 8 Regna sublata iustitia sunt latrocinia.
- 9 Deus dilexit iustitiam.



I

OMNES ho-
mines natura
scire deside-
rant, † inquit
Aristotel. lib.
j. Metaphy. j.
Qd̄ apud Cice-

ronem lib. v. de finibus comproba-
tur, Tantus est (inquit) innatus no-
bis cognitionis amor, & scientia,
ut nemo dubitare possit, quin ad
eas res capessendas hominū na-
tura, nullo emolumento inuitata
rapiatur. & idem Cicero lib. offi-
ciorum primo dixit, Omnes trahi-
mur, & ducimur ad cognitionis,
& scientiae cupiditatem, in qua ex-
cellere pulchrū putamus. Et scien-
di cupiditatis ratio ea est, quam
Aristotel. lib. Posteriorum. j. c. vij.
& Averroes in j. Metaph. primo
astruxerūt: Quia scire est ultima est
hominis perfectio, finisque postre-
mus. Quae perfectio a mortalibus
vix attingi potest. Quid enim po-

- 10 Iustitia nostra Christus est.
- 11 Aaron Virga, figura iustitiae.
- 12 C. Fabricij consulis romani exemplum.
- 13 Aristophanis Messenij iustitia.
- 14 Sapiens habet oculos in fronte.
- 15 Virtus quid? secundum Senecam.
- 16 Scripturae memoria immobilis.
- 17 Phalaris Agrigentinus sapientissimus.

test mortalis sibi promittere ad fi-
nem perfectam ducere? Hominū
nanque cogitationes, & arbitria,
perficiendae rei cuiuslibet studio
cogitata, a tēporis veloci curricu-
lo consumuntur, iuxta illud Ovi-
dij. dum inquit.

*Tempus est lax rerū, suq; inuidiosa vetustas
Omnia destruit.*

Quod et alio incerti authoris epi-
gramate vulgato confirmatur, dū
istam sententiā similibus ferē ver-
bis concludit dicens.

*Omnia nata ruunt, & quae crevere sen-
sunt.*

Finis ab incepto pendet ubiq; suo.

Hoc idem apparet ex verbis An-
nei Senecae in tragedia Hyppoly-
i, cap. xj.

Volat ambiguus mobilis alis

Flora, nec ulli praestat velox

Fortuna fidem.

Et iterum idē Seneca in Troade,
cap. v. inquit.

Quicquid sol oriens, quicquid & occidens

Nonis Oceanus caeruleus fretus,

Quicquid vel veniens, vel fugiens lauat

R E G I S T R V M :

**⌘ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
Aa Bb Cc Dd.**

Omnes sunt quaterniones præter ⌘ XDd, qui sunt duerniones:

V E N E T I I S,

**Apud Franciscum Rampazetum, Expensis D. Iacobi Anieli de Ma-
ria, Bibliopolæ Neapolitani. M D LXXIII.**
